



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 50. Franciæ Oratores in Synodo excepti, ac post Cæsaris Legatos collocati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI.
A C 1546.

propofuere, quorum ope, fi fieri poffet, utrique parti fatisfieret: eapropter præprimis rem unice componi poffe ajebant, fi Romanorum Regis Legati inducerentur, ut a congressibus abftinerent, prout hucusque iis nunquam interfuerant. Aft ea res haud difficultate carebat: tandem vero ambæ litigantium partes cuncta obftacula ipfæmet submoverunt; cum enim duntaxat pacifftuderent, ac nonnifi honefta conciliationis media quærerent, hinc brevi mutuo confenfu res compofita fuit.

§. I.

*Franciæ Oratores in Synodo excepti,
ac poft Cæfaris Legatos collocati.*

Pallav. l. c.
num. 3.

Igitur cum conventio fuiffet facta, in quadam Congregatione die octavo Julii habita Galliarum Regis Oratores ingenti pompa, ac honorum fignis excipiebantur, jam contenti, quod a Cæfareis Legatis proximum occuparent locum, nec etiam de aliis Oratoribus tum abfentibus quicquam decerneretur. Ceterum ipfe etiam Mendoza quamvis aliis Congregationibus febri quartana præpeditus non interfuerit, huic tamen urba itatis gratia adefse voluit: Cunctis itaque Sedes fuas occupantibus Franciæ Oratorum, necnon mandati
eis

eis commiffi literæ die trigesima Martii Sæcul. XVI. A.C. 1546.
 anno supra millesimum quingentesimo
 quadragesimo quinto Fontis-Bellaquei
 datæ prælegebantur, ac pro legitimis
 habebantur. In his Rex Synodi Patri-
 bus gratulabatur, professus, quod ip-
 sus interesse desideraret, se tamen ab-
 sente, regis hisce literis non minus
 plenam, ac si ipsemet præsens adesset,
 suis Oratoribus agendi, exequendi, at-
 que proponendi facultatem dedisset,
 quæcunque pro fide Christiana, Evan-
 gelicæ Doctrinæ puritate, pace, Cle-
 rique, ac ceterorum Ecclesiæ membro-
 rum emendatione necessaria judicarent.

§. LI.

*Petri Dannefi Franciæ Legati ora-
 tio ad Synodi Patres.*

Perlectis hisce literis, Petrus Danne-
 sius non minus prolixum, quam eru-
 ditum habuit sermonem, in quo præ-
 primis Gallorum Regum pietatem, at-
 que in Religionem Catholicam, Roma
 namque Ecclesiã merita exaggerabat.
 Revocavit etiam in memoriam, quod
 Gregorius magnus suis in literis Chil-
 deberto Regis Catholici cognomen at-
 tribuerit: *Huic titulo*, inquebat ipse,
*Galliæ Reges abunde satisfecerunt; quippe
 qui inter ceteros Christianos Reges præclare*

Labbe Cons. t. 14. p. 107. & seq. Pallav. l. 8. c. 3 n. 5. & seq. Sleid. comm. li. 17. p. 586.